Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



5

si virtuosa operatio et vita efficiat deo cor.
Opto magis sentire compunctione q̃ scire
eius difficilia. Si scires totam Bibliam
exterius a omni philosophorum dicta, quid totum
prodesset sine caritate et gratia dei. Vanitas
vanitatum et omnia vanitas. Pt amare deum
et illi soli seruire. Ista est summa sapiencie
per contemptum mundi tendere ad regna celestia.
Vanitas ire et diuicias futuras quaerere
et in illis sperare. Vanitas quoque est honores ambire. et in altum se extollere. Vanitas est carnis desideria sequi. et illud desiderare unde postmodum graui oportet puniri. Vanitas est longam vitam optare et de bona vita parum curare. Vanitas est puta vitam solum attendere. et que futura sunt non prouidere. Vanitas est diligere quod cito cum celeritate transit. et illic non festinare ubi sempiternum gaudium manet. Contemptus fregit illius superbiam. qui non satiatur oculus visu, nec auris impletur auditu.
Stude quoque cor tuum ab amore visibilium abstrahere, et ad inuisibilia se transferre. Nam sequentes sua sensualitate maculant conscientiam et perdunt diuinam gratiam.

De humili sentire sui ipsius. ij